



ANCTI THOMAS

PERA OMNI

2

BX890

T6

1856

v.2

008038



EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis



1080015596

SANCTI

THOMAE AQUINATIS

OPERA OMNIA

TOMUS VII.

SANCTI
THOMAE
AQUINATIS
DOCTORIS ANGELICI

ORDINIS PRAEDICATORUM
OPERA OMNIA
AD FIDEM OPTIMARUM EDITIONUM

ACCURATE RECOGNITA

TOMUS VII.



PARMAE
TYPIS PETRI FIACCADO RI

MDCCCLXIV

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Instituto de Estudios e Investigaciones



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

44719

5.
230
A.

THOMAS

DOCTORIS ANGLICI

SENTENTIARUM

LIBROS QUATUOR

MAGISTRI PETRI LOMBARDI



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

SANCTI THOMAE

AQUINATIS

COMMENTUM IN QUATUOR LIBROS SENTENTIARUM

MAGISTRI PETRI LOMBARDI

VOLUMEN SECUNDUM

008033

SANCTI
THOMAE AQUINATIS

DOCTORIS ANGELICI

ORDINIS PRAEDICATORUM

COMMENTUM

IN QUATUOR LIBROS SENTENTIARUM

MAGISTRI PETRI LOMBARDI

ADJECTIS BREVIBUS ADNOTATIONIBUS

VOLUMEN SECUNDUM

COMPLECTENS TERTIUM ET QUARTUM LIBRUM



PARMAE

TYPIS PETRI FIACCADORI

MDCCLVIII

BK 830
T 6
1856
v. 2

SANCTI
THOMÆ AQUINATIS
COMMENTUM

IN TERTIUM LIBRUM SENTENTIARUM

MAGISTRI PETRI LOMBARDI

PROLOGUS S. THOMÆ

Ad locum unde exeunt, flumina revertuntur
ut iterum fluant. Eccl. 1, 7.

Ex verbis istis duo possumus accipere, in quibus hujus tertii libri materia comprehenditur, scilicet divinae Incarnationis mysterium, et ejus copiosum fructum. Mysterium Incarnationis insinuat in fluminum reversione, cum dicitur: *Ad locum unde exeunt flumina revertuntur*. Sed Incarnationis fructus ostenditur in iterato fluxu, cum dicitur: *Ut iterum fluant*. Flumina ista sunt naturales bonitates quas Deus creaturis influit, ut esse, vivere, intelligere, et hujusmodi: de quibus fluminibus potest intelligi quod dicitur Isaie 41, 18: *Aperiam in supremis montium flumina*. Montes enim supremi sunt nobilissimae creaturae, in quibus praedicta flumina aperiuntur, quia in eis et copiosissime recipiuntur, et sine imperfectione ostenduntur. Sed locus unde ista flumina exeunt, est ipse Deus, de quo potest intelligi quod dicitur Isa. 55, 21: *Locus fluviorum rivi latissimi et patentes*; ac si diceret: in loco ortus fluviorum rivi naturalium bonitatum eminenter inveniuntur; unde dicit: *Latissimi*, quantum ad perfectionem divinae bonitatis, secundum omnia attributa; et *patentes*, quantum ad communicationem indeficientem (1); quia ejus bonitas, ex qua omnia fluunt, nec exhauriri nec

concludi potest. Ista flumina in aliis creaturis inveniuntur distincta; sed in homine inveniuntur quodammodo aggregata: homo enim est quasi orizon et confinium spiritualis et corporalis naturae, ut quasi medium inter utrasque, bonitates particeps et corporales et spirituales; unde et omnis creaturae nomine homo intelligitur Marc. ult. ubi dicitur: *Praedicate Evangelium omni creaturae*; ut beatus Gregorius (hom. 20 in Evang.) exponit: et ideo quando humana natura per Incarnationis mysterium Deo conjuncta est, omnia flumina naturalium bonitatum ad suum principium reflexa redierunt, ut possit dici quod legitur Josue 4, 17: *Reversae sunt aquae in alveum suum, et stuebant sicut ante consueverant*; unde et hic sequitur: *Ut iterum fluant*: in quo notatur Incarnationis fructus: ipse enim Deus, qui naturalia bona influxerat, reversis quodammodo omnibus per assumptionem humanae naturae in ipsum, non jam Deus tantummodo, sed Deus et homo hominibus fluentia gratiarum abundanter influit: quia *de plenitudine ejus omnes accepimus, gratiam pro gratia*: Joan. 1, 16. Et de isto influxu legitur Eccl. 59, 27: *Benedictio illius quasi fluxus inundabit*. Et sic patet materia tertii libri: in cujus prima parte agitur de Incarnatione, in secunda de virtutibus et donis nobis per Christum collatis.

(1) Al. insufficientem.